

quia adpropinquauit regnum caelorum; Infirmos curate -  
 mortuos suscite - leprosos mundate - demones eicite; gra-  
 tis accepistis - gratis date; nolite possidere aurum neque  
 argentum - neque pecuniam in zona uiridis; Non per amittite  
 neque duas tunicas - neque calciamenta - neque uirgam; Dignus  
 est enim operarius - cibo suo; **I**nquamcumque ciuitatem aut  
 castellum intraueritis - interrogate quis in ea dignus sit - &  
 ibi manete donec exeat; **I**ntraueritis aut in domum - salutate  
 eam dicentes; pax huic domui; & si quidem fuerit domus digna  
 ueniet pax uera super eam; si autem non fuerit digna - pax uera  
 ad uos reuertetur; **E**t quicumque non receperit uos - neque  
 audierit sermones uros - exiite foras de domo uel ciuitate -  
 excutate puluerem de pedibus uestris; Amen dico uobis - tolera-  
 bilius erit terrae sodomorum & gomorreorum in die iudicii  
 quam illi ciuitati; **E**cce ego mitto uos - sicut oues in medio  
 luporum; estote ergo prudentes sicut serpentes - & simplices  
 sicut columbae; **C**auete autem ab hominibus - tradent enim  
 uos in concilia - & in sinagogis suis flagellabunt uos; & ad  
 praetores & reges ducemini propter me - in testimonium illis &  
 gentibus; **C**um autem tradent uos - nolite cogitare quomodo  
 uerba loquamini; dabit enim uobis in illa hora - quid  
 loquamini; non enim uos estis qui loquamini - sed spiritus patris  
 uestri qui loquatur in uobis; Tradet autem frater fratri in morte  
 & pater filium - & in supergenitum suum impueros - & morte eos affi-  
 ciet; & uisus oculo omnibus - propter nomen meum; qui autem  
 uerba haec uerba uerba usque in finem - hic saluus erit; **C**um autem  
 uerba haec uerba uerba uerba in ciuitate ista - fugite in aliam; Amen dico  
 uobis - non consummabitur ciuitas ista - donec ueniat filius  
 hominis; **N**on est discipulus super magistrum - nec seruus  
 super domum suam; sufficit discipulo - ut sit sicut magister ei;

J. LXXXIII.  
 E. LIII.  
 L. LXXXVII. T. CXXI.

J. LXXXIII.  
 L. CXXI.

J. LXXXV.  
 B. LV.  
 L. CXXIII. &  
 LXXXIII.

J. LXXXV.  
 L. CXXIII. &  
 CXXIII.

J. LXXXVII.  
 C. CXXV.  
 L. CXXV.

J. LXXXVII.  
 L. CXXV.

J. LXXXVII.  
 L. CXXV.